



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1595. usque ad annum 1600

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1773**

**VD18 90118677**

§. 37. Legatio Persica ad Rudolphum II. Cæsarem,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67263)

§. XXXVII.

Sæcul.XVI.  
A.C.1600.*Legatio Persica ad Rudolphum II.  
Cæsarem.*

Cum interea bellum Cæsarem inter, & *Spond. hoc*  
 Turcas in Hungaria ferveret, ac sæ- *ann. n. 22.*  
 pius Rudolphus Imperator ad propulsan-  
 dum Christiani nominis hostem suppet-  
 tias a sacri Imperii Principibus peteret,  
 hoc anno Spiræ Deputatorum Comitia  
 habebantur, in quibus tamen die vige-  
 sima septima Octobris inter Fridericum  
 Palatinum, Joachimum Electorem Bran-  
 deburgicum, aliosque Principes secta  
 Protestantes conventum erat, quod  
 nulla ad bellum Turcicum subsidia Cæ-  
 sari mittere, quinimo pro caussa Argen-  
 toratensium Regis Franciæ auxilium  
 implorare velint: majorem vero opi-  
 tulandi promptitudinem præferebat  
 Scha-Abas Merizes Persarum Rex, qui  
 quamvis ipsemet Mahometanæ super-  
 stitioni addictus esset, quamprimum  
 tamen inaudierat, quod Turcæ Hunga-  
 riæ Regnum Cæsari eripere pararent,  
 hac occasione fretus armorum societa-  
 tem cum Rudolpho, aliisque Christia-  
 nis Principibus contra Turcarum Impe-  
 ratorem sancire statuit, hancque in rem  
 Antonium Sirlæum natione Anglum,  
 qui in Persiam profectus hanc legatio-  
 nem Regi suasisse fertur, Legatum una-  
 cum

Sæcul. XVI.

A.C. 1600.

cum Cufinate Begi, qui Persarum Regi a consiliis erat, hoc anno mense Decembri ad Cæsarem ablegabat, a quo etiam hi Oratores summis honoribus, ac benevolentia excepti, necnon promissis, amplisque muneribus ditati ad ceteros S. R. Imperii Principes mittebantur, ut & illos ad mutuam fœdus animarent, qui etiam anno sequenti Romam ad Clementem VIII, summum Pontificem contendebant, solemniter pompamense Aprili urbem ingressi. Verum inter ipsos hosce duos Legationis Duces, cum natione, ac genio inter se multum discrepant, in ipso Palatii pro ipsis instructi ingressu ob honoris, locique prærogativam tam acris oriebatur altercatio, ut publice in platea mutuis verberibus, ac convitiis sese lacerarent, ac deinceps Anglo sibi potiore honoris locum per vim vindicante, Persæ non nisi separatim habitare, atque ad Pontificis alloquium admitti voluerint. demum vero Anglus vafritia, & dolo plenus, postquam tam ab ipso, quam aliis Italiæ Principibus ingentem pecuniarum summam corraferat, in Persidem recta pergere simulans aufugit, Culcinates vero in Hispaniam anno sequenti profectus est, unde ex ipsa hac legatione haud alius promanabat fructus, nisi quod tres Persæ, qui e Legatorum comita-

mitatu erant, Romæ commorantes, ve-  
 ræque fidei præceptis imbuti ab ipso  
 summo Pontifice aqua salutari abluti  
 fuerint.

Sæcul.XVI.  
 A.C.1600.

§. XXXVIII.

*Porta sancta Romæ solemniter  
 occlusa.*

Equidem pro veteri more Porta san-  
 cta post vespertinas Nativitatis Do-  
 minicæ laudes die vigesima quarta De-  
 cembris, qua die aperiri solet, pariter  
 ad anni sacri finem occludi consueve-  
 rat, cum autem hoc anno ob adversam  
 summi Pontificis valetudinem hæc so-  
 lemnitas nonnisi postremo anni prioris  
 die celebrata fuerit, hinc Clemens Pa-  
 pa, nequid Jubilæi integritati deesset,  
 ultima hujus anni die eandem portam  
 claudere decrevit: verum cum hac ipsa  
 die rursus gravissimis chiragræ doloribus  
 correptus hanc solemnitatem perficere  
 præpediretur, eandem usque ad deci-  
 mam tertiam Januarii diem anni se-  
 quentis distulit, præcipiens, ut conces-  
 sæ indulgentiæ gratia usque ad hunc  
 diem protraheretur: quo demum lapi-  
 des, & elementa consueto ritu sacran-  
 tribus quadratis lapidibus, in quibus  
 aurea, & argentea numismata impo-  
 suit, portam occlusit: postea vero in  
 annum proximum quibusdam Regnis,  
 ac